

SCRIPTA

Numéro Scripta : 7320

Autre(s) référence(s) : Round 548

Auteur(s) : Henri II Plantagenêt, Angleterre (roi)

Bénéficiaire(s) : Nicolas, Le Plessis-Grimoult, Saint-Étienne (prieur)

Bénéficiaire(s) : Le Plessis-Grimoult, Saint-Étienne (prieuré)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : [1172-1185]

Lieu d'émission : Falaise

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Charte de Henri II confirmant la donation d'une partie du bois de Montpinchon, faite par Henri, évêque de Bayeux, au prieuré du Plessis-Grimoult, et ratifiant divers autres dons faits audit prieuré.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Berger Élie, Delisle Léopold, *Recueil des actes de Henri II, roi d'Angleterre et duc de Normandie concernant les provinces françaises et les affaires de France*, Paris, Imprimerie Nationale (Chartes et diplômes relatifs à l'histoire de France), 1916-1927, 3 vol., n° DCXLI, t. 2, p. 252-253.

Indications

Round John-Horace, *Calendar of Documents Preserved in France, Illustrative of the History of Great Britain and Ireland*, 918-1206, Londres, Her Majesty's Stationary Office, 1899, n° 548.

Dissertation critique

« 1172-1173 – 1185 » : sur la datation de cet acte, voir DELISLE/BERGER, *Recueil des actes de Henri II*, t. 2, p. 253. Souscription de Froger, évêque de Sées, mort en 1185. Cet acte, qui porte la formule *Dei gratia*, n'est pas antérieur à 1172-1173.

Texte établi d'après a

Henricus, Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavensis (sic), archiepiscopo Rothomagensi, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus et omnibus ministris et fidelibus suis Normannie, salutem.

Sciatis me concessisse et presenti carta confirmasse Nicholao priori et canonicis regularibus de Plesseio portionem illam nemoris de Montpinchum quam Henricus Baiocensis episcopus dedit eis circa domum suam, scilicet versus Plessitium et versus Crispineium sicut fossata eorum determinant et dividunt. Confirmo etiam donationem ecclesie de Buays quam dedi eis presente et concedente Ricardo Abrincensi episcopo cum omnibus decimis et elemosinis ad

eandem ecclesiam pertinentibus. Adhuc etiam concedo et confirmo donationem quam Robertus Patric et Philippa de Rosel uxor ejus fecerunt predictis canonicis de Plessicio de ecclesiis que sunt de feodo predictae Philippe de Rosel, scilicet ecclesiam de Atreio cum omnibus decimis et pertinentiis suis, et quicquid habebant in ecclesia de Meseretis cum capellis que sunt in eadem parrochia, et ecclesias de Rosel, ecclesiam scilicet Sancti Petri et ecclesiam Sancti Martini cum omnibus decimis, terris et elemosinis ad easdem ecclesias pertinentibus, et cum mansura que fuit Rogerii clerici et cum novem acris terre que fuerunt Rogeri clerici, quas predicta Philippa de Rosel dedit Nicholao priori et canonicis de Plesseio coram Henrico Baiocensi episcopo in perpetuam elemosinam. Et pro hac terra danda et elemosinanda percepit predicta Philippa a canonicis triginta libras Andegavensium. Confirmo etiam eis terram Crabaldi apud Ysigneium, quam Hugo filius Osberti dedit eis in perpetuam elemosinam presente et concedente et confirmante Henrico Baiocensi episcopo assensu capituli Baiocensis. Quare volo et firmiter precipio quod ecclesia Sancti Stephani de Plesseio et canonici ibidem Deo servientes teneant que in carta ista continentur bene et in pace, libere, integre, honorifice et quiete.

Teste : Henrico Baiocensi et Frogerio Sagiensi episcopis, et Hugone de Cressi.

Apud Falesiam.